



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De primo coniugio. viii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

Vi sponsus et sponsa ante nuptias à sacerdote benedicantur. *Cap. VII.*

VT sponsus ac sponsa cum precibus & oblationibus à sacerdote benedicantur, & legibus spòlerur ac donetur, & à paranympis custodiatur, & publice solenniterque accipiatur. Biduo etiam ac triduo abstineant se, & doceantur vi castitatem inter se custodiant, certisque temporibus nubant, vt filios non spurios, sed hæreditarios Deo & seculo generent.

Ex decr. Sotheris pap. ca. 5

De primo coniugio. *Cap. VIII.*

IN primo coniugio debet presbyter Missam agere, & benedicere ambos, & postea se abstinere ab Ecclesia XXX. diebus.

Ex cõcil. Mediola. Cap. 2.

Quod vir fidelis à muliere infideli separari non debeat.

Caput IX.

SI quis frater vxorem habet infidelem, & hæc consentit habitare cum illo, non dimittat illam. Et si qua mulier habet virum infidelem, & hic consentit habitare cum illa, non dimittat virum. Sanctificatus enim erit vir infidelis in muliere fideli, & sanctificata erit mulier infidelis pervirum fidelem.

Apostolus dicit.

Vt in Cristianorum nuptiis non saltetur.

Caput X.

Quod non oporteat Christianos euntes ad nuptias plaudere vel saltare, sed venreabiliter cœnare, vel prandere, sicut Christianos decet.

Ex cõcil. Laodicen cap. 53.

Vt viduam nemo furetur in vxorem. *Cap. XI.*

SI quis viduam furatus fuerit in vxorem, vel consentiens ei, anathema sit. Et responderunt omnes tertio, anathema sit.

Gregor. dicit

Vt virginem nemo furetur in vxorem. *Cap. XII.*

SI quis virginem, nisi desponsauerit, furatus fuerit in vxorem, vel consentiens ei, anathema sit. Et responderunt omnes tertio, anathema sit.

Idẽ eiusdẽ

De virgine vel vidua furata. *Cap. XIII.*

SI quis virginem aut viduam furatus in vxorẽ, nisi fuerit à se desponsatam, anathema sit.

Ex decr. Eusebii pa. ca. 10